Cracov. Studior. Univ. Jagell.
Promotiones Philos. Ord.
1644. 3.
Sienkowicz Adami: Autumnus vindemians
in florentissimae Acad. Crac. vinea.

AVTVMNVS VINDEMIANS

IN

FLORENTISSIMÆ ACADEMIÆ CRACOVIENSIS VINEA

E QVA VBERRIMOS XI.

Adolescentum primam lauream prensantium colligens Botros.

Promouente Excellente Domino ANDREA BIAŁKOWSKI Collega Minore In nobilissimorum virorum Corona

ADAMVS SIENKOWICZ eiusdem Laureæ Candidatus prælo Subijcit palam pressandos.

CRACOVIÆ,
In Officina Valeriani Piątkowski A. D. 1644.

IN
CELEBRE INCLYTÆ VARSAVIENSIS CIVITATIS STEMMA



Clara domi gestis Domino, Varsauia Regno,
Istuleo Syren, dum natat amne canens,
Dux aures comitum cerâ subtexit Vlysses,
Securus cantus, plenus at inuidiâ
Fac canat vt semper se dis celebrabile nomen
Istuleis Syren vsque natabit aquis.

AMPLISSIMO AC SPECTATISSIMO SENATVI VARSAVIENSI

Patronis meis vnicè colendis omnem felicitatem ADAMVS SIENKOWICZ Primæ laureæ Candidatus

SI eorum vestigiis insistere mens animusq; meus vellet, Spectatissime & Amplissime Senatus, qui in dedicationibus laborũ vigiliarũq; suarum, fautores summis laudũ encomiis facundaq; Isocratis panegyri prosequuntur, Prouinciam viribus meis valde imparem suscepissem. Ut enim sol placidissimus Planetarum Princeps, Leonis signum ingressus maxime suos radios explicat, caloreq; vehementiori in visceribus terræ, metalla inæstimabilia inexhaustosquè thesauros abundè, producit: non dissimili ratione vos in sublimiori dignitatis fastigio positos, ea omnia facere posse quis nõ affirmabit: vester enim virtutum splendor fructus amplissimos, meritorum gra-

uißimorū profert copiosè, factaq; vestra prudētißima illuminat gloriosè vester innatus candor vos Victoriosissimo ac Serenißimo VLADISLAO IV. Domino nostro Clementißimo libertatis Propugnatori Sapientißimo gratißimos nobilitati charißimos, bonarum partiū & artium Ciuibus studiosissimos, populo vrbis vestræ parentes, omni veneratione dignißimos exposuit ad admirationem. Quare nè in tam vasto amplo què vnà cum flexamina syrena vestra, pelago liberiùs magis quàm liberaliùs fluctuare videar, satiùs duxi omnia silentij velo tegere; quod vos meliorem in partem accepturos non ambigo: Ideoquè his rationibus excitatus, feracem in serenato vindemiam autumno, vobis splendore nobilißimarum virtutū Clarißimis, nominatim dedico. Non quidem vt eximias virtutes vestras, publico encomio prædicem, sed vt aliquam meæ in vos, lucidißima sydera Varsauiæ obseruantiæ significationem, præbeam. Quare velitis sereno vultu metra mea hæc suscipere, & ex ijs meæ submißionis propensæ, colligere argumenta; maiorem in modum rogo & oro.

Vestri Amplißimi ac Spectatißimi
Senatus Cliens humillimus

ADAMVS SIENKOWICZ
primæ laureæ Candidatus

Breue in almam Academiam Logarion

O D E

DICOLOS TETRASTROPHOS.

Et virtus tacita, latitans in laude patescit

E ſepulchrorum, tumulis latentem,
Erigit virtus, aliquando laudem,
Publico mundi, reſonans Hypethro
Monſtrat eandem.
Nauplias prudens, Ithacum furentem,
Subdola caſtris, patefecit arte,
Filium patri, velut ortum Vlyſſi,
Iecit arandum.
Deprehendit ſic, muliebri Achillem
Veſte contectum, populari Achiuis.
Ilium bellis, iubet & recinctum,
Dulychius Dux.
Conditur nunquam, generoſa virtus,
Mente: nec bellax, Academus Heros,
Aufugit laudum, titulos perennes,
Arte Sophorum.
Subſidet ſenſu, tacito quieſcens,
Et licet muto, vigilarit ore,

Seruat inuictum, valido tamenque,
Pectore martem
Cracus experrectus, Auo Lechoq;,
Nomen vrbanæ puto Ciuitatis
Præpeti nutu, memorabit haudquam
Nescius æui
Gloriæ celsis, Academiarum,
Tot Scholæ dudum, titulis triumphant,
Nulla quos vnquam, reticebit ætas,
Tollere sursum
Hercules clauæ, dominus trinodis,
Eruit quondam, Phario superbam,
Memphis, Ægypti velut arte fecit,
Marmore molem
Concitato sic aquilæ volatu,
Pondus vt sursum Ganymedis ibat,
Musa fortunis grauibus notata
Cedet in astra
Arte si Brontis Siculi recusum
Iuppiter fulmen Latialis ictu
Noxio poscat reuocare rursum
Mittet ab Astris.

Non

Non puto prolem, Phaetontis vllam,
Fulminis quæ ſit, ſuper orbe digna
Spiculis: Craci Schola priſca ſæclo,
Præuidet ictum
Nigricans ales canat ore quamuis
Omen intenſum, docili palæſtræ
Terreat roſtro, Palamedis ales,
Muſa reſiſtet
Intus occultis, latitans ſcholarum
In tholis laudes, reſonæ per orbem
Arrogantem quod, renuat fouere,
vertice nutum.

FERTILIS VINEÆ EPAENOS
V. D. GALLO PRĘDOSZEWICZ

Cælum autumno ſerenum vindemiam parat vberem.
Scardeon libr. 2. de vitibus

Vua Palęſtinis creuit dulciſſima botris,
Inter Jdumęas quandoque lata plagas
Tempus in autumno, veniſſet habenda ſapori
Credo ſerenati vis foret acta poli
Palladio feſſę multum Libetrides ęſtu
Vmbrarunt Galli vite virente caput.

Res

Res tua cum Musis, certat paritate sacratis,
Galle quod ingenij; prosperitate mices,
Commoda vox sorti, clarus quod nomine sacri,
Gallus enim Galli, creueris ante diem.

V. D. HIACYNTHO WOYCICKI.

Autumni tempestas liquidat vinum, non dulcorat.
Frustanus de vinea lib. 1. cap. 4.

Tēpestatis aquas, HYACINTHE caueto potenter,
Nubila frons quod enim, defluat ore tuo.
Magna quidē veniunt, virtutis in arte probatæ,
Signa celebranti, laude futura vehi.
Dulcescunt studio dociles, vt credo Camænæ,
Castalium cupiunt, teque sitire vadum.
Indole constanti, prudenti vertice mentem,
Et quoties versas, flos HYACINTHVS olet.
Ac vt nomen habere velis, de flore paratum,
Tempestatis agat, nulla procella caput.

V. D. STEPHANO KALINSKI

Aridior tellus plus impinguat, vitem quam pluuiosa.
Jodocus Silinus de Argiuorum vindemia

Lesbia pampineis, vestit vineta frutetis,
Quandoquè terra ferax, aridiore loco.

Non tua frons cęno, fuſcet graue dogma Kalinski,
Pręſtat et inſiceo, te reuirere iugo.
Imbiberis fontes, dat quos Hyperionis vnda,
Tutius elicies, ex Helicone Deas.
Si conſtans docilem, pectus tibi feruet in artem,
Non aberit credo fauſta camęna tibi.
Tabuit inuiſo, flagrans ab Apolline Daphne,
Sic Stephani in ſicco, frons ſtephanoma gerit.

V. D. VALENTINO OBEÍDOWICZ

Vitis orientem ſpectans liqueſcit meridiem verò dulceſcit Gabriel Cogineus de Satione vitium

Creſcit ad Eoum, quod matureſcit ad Auſtrũ,
Cedit vt inſperſo, rore refracta ſitis.
Vernat OBĘÍDOVII, Genius virtutis adultus,
Quaſquè monet dotes, lætus Apollo rigat.
Firma ſpei ſupereſt, fortuna potentis in arte
Quin præeas comites, æquiparante modo.
Multa vales, capias ſi tantum ſpem forę firmam,
Principio: poſthac præſidioq, tibi
In rerum proceſſu ſi dat Muſa laborem
Fama VALENTINI laude valere poteſt

V. D. IOANNI ALEXANDRO MAY.

Vites in extremo adrubentes dulcorem vuæ promittunt. Crescentinus in Oeconomia Serendi vites.

Vitis in extrema, dulcorem parte rubescens,
Promittit veri, si quid habetur in hoc.
Ingenij facilis ratio, prędiues aperto,
Pectore candor honor, fronte nitetq; tua
Non tibi Momus obesse volet, nec Zoilus atrox,
Ore tuus semper, quin celebretur honos.
Vis rationis adest, Maius loquar est tibi pręsto,
Iudicij solers, mens Geniusq; sagax.
Germinat ô verè Maius sub vere calescens
Semper et hinc frondens Maius eritq; tibi

V. D. ALBERTO POTRZEBOWICZ.

Vua rotundè tumens aquosum, longa vero dulce, propinat vinum Scardeon libro in pressura vini.

Massica vina, Falerna celebret pocula tandem,
Vuarum succum, vinitor ore licet.
Munus Apollineo, sufflatum pneumate claret.
Potrzebovicii, vertice credo satis,
Aonidum felix, peperit schola dogma probatū,
Masilij captus, quin capiare dolis.

Namq;

Nāque tenax animus, doctrinæ mentis & auctæ,
Officiet fuco, quodque sophisma nihil.
Virtus plena Camænarum, sat dotibus isthinc,
Potrzebovicii, grande necesse refert.

V. D. Ioanni Latonowicz

Facunda vitis, soli opposita, vinitorem citò accersit. Ioachimus vulserus Centuri: lib. 6. Syriaci viritoris

Sol operatur humi, radio lucente per orbem,
Scilicet illustrat, sydera mota polo.
Quisque Planetarum, maturos surgit ad ignes,
Ni vigor accendat, sydus obesse malo.
Nil superest equidem, peruersi quo tibi tantum,
Officeret retine spem grauitate bonam,
Omnia conueniunt, animo concinna reposto,
Mordicus vt minimè, turpis Agyrtha neget,
Te Latonouicium, mater Latonia Bacchi,
Applicat in vitem, culta per arua ferens,

V. D. Ioanni Rubinkowski

Pampinus in longum protensus, sterilem, crispatus feracem protendit vindemiam. Antonius Mizaldus Centur. lib. III

V Gar-

Gargara nota celebrantur, de vitibus eſſe,
Quod dulcore recens, dent ſapiente merum.
Nil equidem virtus, præſens negat eſſe vel horū,
Pieridum ſenſus, namque ſapore vigent.
Te præſente minus, ſenſum doctrina vetabit,
Si fore te ſperes, velle placere tuis.
Propoſiti felix induſtria, firma rubeſcat,
Ne tamen obuoluat, trita volupta caput.
Iuſta Rvbinkovio, regnet probitatis honeſtas,
Norit ad omne tamen, fronte rubere nefas.

V. D. IOANNI BARTHOLOMÆO CIĘGOWSKI

Pampino defluente, ſi botrus recundatur, tempeſtatis indicium eſt. Polybus de Tempeſtatibus

Si Matura reconditur vua, tepentibus vmbris,
Pampinei folij, denotat imbris aquas
Tenditur humanum, diſtento pectore corpus
Si quod in exhauſtum, proruat orbe malum,
Mente volutatos, Cięgowski tendito caſus,
Si genii tantum, ſufficit ore venus.
Tende per inuitam, cruciato vertice mentem,
Si neget ars docili, te retinere modo.
Tende cutem quamuis, niſu vehementer adactum,
Nil tempeſtatis, mens reamicta dabit.

V. D. Felici Mosakowski

Decliues colles vitem amant, in excelso citò arescit. Gabriel Goginius de satione vitium

Infelix Felix, eluso nomine nè te
Proloquar: ingenio multa probare potes.
In superis quanquam, bene nôrim stare mineruã,
Quin cogas veniat, spontè vel ipsa prope.
Non à re dubito, felix es cætera perfer,
Suadeo dis quoniam, stare petulcus amat.
Cætera colligito, virtute tuaq;, tuoquè
Iudicio, vites quo sine fine malum.
Proposito docili, semper feliciter insta,
Nil contra obstabit, stabit vt arte Dea.

V. D. Stanislao Rokicki

Craßior radix vitis, citiùs quàm oblonga vuas crescere iuuat. Henricus Capenus Tractatu de vinea

Craßa graues generat, radix plerumquè racemos,
Longa trahat vena, quod sitiente vadum.
Ad latices quod enim, Musarum creueris et sic,
Autumno Rokici, quin vocitere frutex.
Esto mineruali, multum potes indole crescunt,
Arbutei fętus, vertice namquè tuo.

E quibus adstruxisse, iuuat domicillia Musis,
Quę faciant, nomen cuiquè celebre polo.
Cresce Quirinali, lingua ditabis abundè,
Vt locuples Irus, quandoquè fundat opes.

V. D. IOANNI KARPINSKI

Vinum sin solito celerius sole excoquatur aciditatem in proximo designat. Frustanus in vinea lib. 2. cap. 4.

Vicisti properam, rationem mentis adustæ,
Qui genio teneas, solis ab ore iugum.
Nil reor obstabit, virtuti peruia sensus,
Ingenui ratio, iudicijq; nitor.
Peruincas aliquantisper sudore laborem,
Phæbicolum poteris ritè subire nemus
Carpseris & quáuis, dulces Helicone racemos,
Plura reor suberunt, vel capienda tibi.
Pimplæos peragrans, sensis prudentibus hortos,
Carpe racemorum, sed sine fraude nemus.


PARÆNESIS AD VENERABILES DOMINOS CANDIDATOS ODE Tricolos Tetrastrophos

NAtura quoſquos, progenerat, rudes,
Ars delicatam, dogmate Palladem,
Commonſtrat: amplas profutura,
Sortis opes, retegit quiete.
Si feruor ardens pectoris æſtuat,
Plerumquè captu, concipiet ſuo,
Nolit velit dum ſit voluntas
Impiger audeat aſſequetur!
Patet latenter, ſi ratio capit,
Laboris vſus, membra grauedine,
Soluat catena, vinciatq́;
Compedibus petulantiæ artus.
Torpore ſparſo, pigritiæ labor,
Modos peramplos, excutit ampliat,
Captum. capaci luculentam,
Pro ratione, paratq́; ſenſa,
Muſæ perauctas, Encyclopædias,
Miram reportant, Antyperiſtaſin,
Vtrumq́, iunctim, copularunt,
Mente ſuperſtite, nolle velle.
Quoſquos moleſtat, Palladia domo,
Multos per annos, edocuit labor,
Doctis potenter, cum frequenti,
Inuigilent opera Camænis.
Tetro cruentus, ſaucia prælio,
Miles repangit pectora proxima,

Sit

Stipendij ſpe fretus, auget
Soluier hinc brauium ære triplo,
Spes nec negenti, deterior fauet,
Summam gradatim, ſcandere gloriam,
Triplam dat æris, pro pensionem,
Ac opibus, locupletat auctis.
Myrto virenti, dat Stephanomata,
Nexo corymbi, vimine lauream,
Confert: coronatoſq; tandem
Conſpicit in ſolio nitentes.
Doctas cohortes, inter Apollinis,
Verſate curas, eſt quibus indita,
Virtus Palæſtræ, dulcioris,
Et ſtudijs bene roborata.

IN STEMMA ACADEMIÆ CRAC:



En duo Sceptra pari ſecum cruce fædera iungunt:
In ſimul vt ſtudium cum pietate colát.

Sub felicibus auſpicijs

Magnifici & Admodum R.di D.
D. IACOBI VITELLII,
Sacræ Theologiæ Doctoris ac Profeſſoris,
Canonici Sancti Floriani, Almæ
Vniuerſitatis Crac.
RECTORIS VIGILANTISSIMI.